

## KLEINERE MITTHEILUNGEN.

---

### Zu den Streitigkeiten bezüglich des jus parochiale im Mittelalter.

---

Bekanntlich wurden den im 13. Jahrh. entstehenden Orden der Dominikaner und Minoriten, dann der Augustiner-Eremiten und Karmeliten, welche den Grundstock der s. g. Mendikanten-Orden bilden, von den Päpsten in bezug auf Predigen und Beicht hören sowie Funeralien schon frühzeitig verschiedene Privilegien verliehen, welche der Pfarrklerus mit und ohne den Diözesanbischof an der Spitze als dem jus parochiale eintragthend bekämpfte, was zu langwierigen und ärgerlichen Streitigkeiten führte.

Nach der oben S. 173 gemachten Andeutung scheint Aussicht zu sein, dass demnächst mit Hülfe ungedruckten Materials dieser ganze Streit zwischen « Episcopat und Orden » einer ausführlichen Untersuchung unterzogen wird. Eine solche Untersuchung ist nur zu begrüßen; aber es bedarf eines grossen Maasses von Objektivität, um hiebei zu einem richtigen Resultate zu gelangen. Dass von Seite der Mendikantenorden aus Übereifer oder auch aus niedrigeren Beweggründen Übergriffe in pfarrechtliche Befugnisse vorkamen, kann kaum in Abrede gestellt werden. Aber die guten Dienste, die sie im Mittelalter durch ihre Thätigkeit auf der Kanzel und im Beichtstuhle leisteten, hätten den Pfarrklerus, der hierin seiner Pflicht damals so mangel-

haft nachkam, etwas erkenntlicher machen sollen, statt nur immer an die ihm hiedurch drohende materielle Einbusse zu denken und dagegen Vorkehrungen zu treffen.

Nachstehend sollen im Anschluss an den in der Passauer theol.-prakt. Monatschrift (I, 481-494) veröffentlichten Aufsatz über « die Stellung des Würzburger Pfarrklerus zu den Mendikantenorden während des Mittelalters » (1) bezw. in weiterer Ausführung des dort Gesagten einige auf diesen Gegenstand bezügliche Urkunden, die bisher ebenfalls noch ungedruckt sind, theils in extenso theils im Auszug mitgeteilt werden, um dadurch zwei Punkte in diesem Streite etwas näher zu beleuchten: dessen frühzeitigen Anfang und das Verhalten der Bischöfe in demselben.

Wie frühzeitig und allgemein dieser Streit entbrannte, können wir am besten aus der schon im Jahre 1231 von Papst Gregor IX. erlassenen Bulle « *Nimis iniqua* » ersehen, die hauptsächlich zu Gunsten der Minoriten gegeben wurde. (2) Vom 16. Februar des nämlichen Jahres datiert aber auch die Übereinkunft zwischen Bischof und Pfarrklerus von Würzburg einer- und den dortigen Dominikanern andererseits, aus welcher zu ersehen, welche Vorsichtsmassregeln schon damals bei der Niederlassung der neuen Orden von seite des Pfarrklerus der betr. Stadt oder Diözese ergriffen wurden. Die Dominikaner ihrerseits dagegen, die offenbar nur ungern zu diesem Compromisse sich verstan-

(1) Unterdessen hat die ähnlichen Verhältnisse in Basel *Bernouilli* in seiner als Beitrag zum « Basler Jahrbuch » 1894 u. 1895 erschienenen Schrift « Die Kirchengemeinden Basels vor der Reformation » (1895 S. 50-62) grösstenteils ebenfalls auf grund ungedruckten Materials dargestellt.

(2) Vgl. meine Gesch. der oberdeutschen (Strassb.) Min.-Prov. S. 23 Anm. 179.

den hatten, trachteten sobald als möglich grössere Freiheit der Bewegung zu erlangen, was ihnen auch einigermaßen glückte; denn schon am 18. Juni 1232 wurde diese « concordia » zu Spoleto von dem Kardinaldiakon Rainerius zwischen dem gerade daselbst am päpstlichen Hofe anwesenden Bischof von Würzburg und dem Dominikaner Guido namens seiner Würzburger Mitbrüder zu einer den letzteren günstigeren « compositio » umgestaltet. Während letztere bereits in den Mon. Boica (XXXVII, 250) gedruckt ist, hat sich erstere bisher nur handschriftlich im Standbuch Nr. 5 f. 157 des Würzburger Kreisarchivs erhalten. Ihr Abdruck soll nachstehend derart erfolgen, dass die Abänderungen, die ein Jahr später daran vorgenommen wurden, in Anmerkungen beigelegt werden.

« In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Hec est forma concordie inter dominum episcopum et clerum Herbipolensem ex una parte et fratres predicatores apud Herbipolim constitutos ex altera. Fratres predicatores Herbipolenses suberunt et obediunt domino episcopo Herbipolensi in omnibus salvis sui ordinis institutis (1). Ordines et alia sacramenta (2) recipient a domino episcopo vel ab alio eius licentia requisita. Excommunicatos eius vitabunt, interdictum generale ab eo vel capitulo maioris ecclesie positum observabunt, nisi quatenus speciali privilegio sunt exempti: scilicet ut interdictis et excommunicatis exclusis, ianuis clausis, non pulsatis campanis celebrent voce submissa. Sepulturam habebunt tantum pro fratribus et con-

(1) *In der compositio findet sich der Zusatz: « concessionibus, indulgentiis et privilegiis apostolice sedis ».*

(2) *Daselbst heisst es statt ordines et alia sacramenta: « Ordinationes fratrum, consecrationes ecclesie ac altarium, benedictiones cimiterii, vasorum ac vestimentorum ecclesiasticorum ».*

versis et familia intra septa claustris commorante (1). Sepultura autem non excedet terminos limitatos, ita scilicet ut a fine muri, quo terminatur chorus versus plateam, mensurentur viginti quatuor pedes; extunc incipiet murus, post quem inchoabitur locus sepulture versus muros civitatis, et a muro chori contra orientem mensuram pedum sedecim non excedet. Auctoritate domini papae super hoc accedente domini Herbipolensis episcopi licentia speciali et consensu in civitate Herbipolensi et dyocesi predicabunt, qui per Priorem domus Herbipolensis (2) ad predicationis officium fuerint idonei iudicati. Cavebunt autem, ne in predicationibus suis scandalizent (3) clericos vel prelatos. Per predicationes suas non impedient stationes sollempnes, putarogationum, letanie maioris, processiones dierum sollempnium: Palmarum, Pasche, Ascensionis, Penthecostes, Kyliani et similes vel alias, quas episcopus vel maior ecclesia specialibus de causis duxerit indicandas. Dedicaciones ecclesiarum conventualium in civitate, parrochialium in rure non impedient ibi predicando et sic populum avocando, nisi fuerit de voluntate decanorum in civitate et parochianorum in rure. Ceteris autem diebus, quibus nullum predictorum impedimentorum occurrerit, pulsata prima in civitate libere predicabunt. Audient autem confessiones et iniungent penitencias sub hac forma: eos, qui immediate subsunt episcopo, puta eos qui dicuntur synodales, recipient vice episcopi; laycos autem, qui plebanis subsunt, et clericos, qui decanis subsunt, monachos et regulares canonicos

(1) *Statt* pro fratribus ... commorante *heisst es*: « pro fratribus, domesticis et familiaribus suis Ordinis sui religionem servantibus ».

(2) *In der compositio findet sich der Zusatz*: « vel vicem eius tenentem vel superiores ipsorum ».

(3) *Statt* scandalizent *heisst es*: « aliqua dicant, unde iuste scandalizari possint clerici vel prelati. Quando idem episcopus personaliter predicat vel alicui in aliquibus sollempnitatibus generalem predicationem iniungit, tunc fratres propter ipsius reverenciam in illo loco humiliter a predicatione cessabunt ».

volentes confiteri non recipient nisi prius suis prelatis sint confessi; facta autem suis prelatis confessione vel licentia habita libere confessiones eorum audiant et penitencias iniungant. Si quis autem dixerit, se proprio sacerdoti nolle confiteri nisi ex causa canonibus penitencialibus expressa, nullatenus audiatur. Et si contingat, quod aliquis in principio confessionis dicat se habere licentiam et postea negaverit in medio vel in fine, ad sacerdotem suum sine penitencia remittatur. Si vero dixerit quis se suo prelato confessum, requisitus fideliter recipiatur ad confessionem et penitencia iniungatur (1). Ut autem hec, que scripta sunt, in perpetuum firmiter et inviolabiliter observentur, presens instrumentum super hiis de partium consensu confectum domini Hermanni venerabilis episcopi Herbipolensis et maioris ecclesie et sancti Johannis in Houge et Novi Monasterii priorisque provincialis Theutonie fratrum ordinis Predicatorum sigillorum impressionibus est munitum. Acta sunt hec in Herbipoli anno ab incarnatione Domini MCCXXXI indictione IIII XIII Kalendas Marcii, domini Hermanni Herbipolensis episcopi pontificatus anno sexto ».

Wenn in der eingangs erwähnten Andeutung von einem Streit zwischen « Episcopat und Orden » die Rede ist, so bedarf dies einer gewissen Einschränkung. Weder handelt es sich in dieser Sache um die religiösen Orden überhaupt, sondern hauptsächlich nur um die Mendikantenorden (2), noch standen die Bischöfe immer an der Spitze des jenen feindlichen Pfarrklerus, vielmehr erhielten und acceptierten

(1) *Statt der beiden über das Beicht hören handelnden Sätze heisst es: « confessiones autem non audient, nisi venientes ad confessionem requisiti dicant se habere licenciam a prelatis suis vel eisdem fuisse confessos, vel, si dixerint, quod non sunt confessi, promittant se confiteri eisdem secundum formam concilii generalis ».*

(2) Vgl. Passauer theol.-prakt. Monatschr. I, 486 Anm. 3.

manche derselben das Amt eines « Conservator libertatum, jurium et privilegiorum Ordinum mendicantium », gegen welche ja gerade der Pfarrklerus eiferte. Ein solcher für die Minoriten war auch Bischof Gerhard von Würzburg, welcher deshalb sich veranlasst sah, in dem Mahnschreiben vom 30. April 1381 gegen gewisse Pfarrvorstände vorzugehen, welche noch immer im Sinne der von Papst Johannes XXII. durch die Konstitution « Vas electionis » vom 24. Juli 1321 verurteilten Sätze des Mag. Johannes de Polliaco sich aussprachen und darnach handelten. « Veridica relatione, » bemerkt er eingangs, « ad nostrum devenit auditum, quod in praeiudicium auctoritatis apostolicae nonnulli ex vobis in parochiis et ecclesiis suis publice praedicant et denuntiant seu alias pertinaciter asserunt, quod dicti fratres Minores nullam penitus auctoritatem habeant audiendi confessiones fidelium et a peccatis confessis absolvendi eosdem, nisi confitentes suorum curatorum seu sacerdotum parochialium super hoc requirant et obtineant primitus licentiam specialem, omnes suos subditos eisdem fratribus absque sua licentia confessos privantes ecclesiasticis sacramentis, nisi confessa fratribus sibi denuo confiteantur integraliter et in toto, tanquam praedictorum fratrum absolutio fuerit irrita et inanis, adstringentes nihilominus eosdem per privationem sacrae communionis, ne saepefatis fratribus praesumant in posterum confiteri ». Er erklärt sodann, dass dies den Entscheidungen der Päpste Johannes XXII. und schon Alexander IV. sowie Klemens IV. gänzlich zuwiderlaufe (1), und befiehlt deshalb

(1) Vgl. meine Gesch. d. oberd. Min.-Prov. S. 24 Anm. 180-184. Die am Schluss der Anm. 189 erwähnte Bulle Bonifaz' IX. vom 13. Sept. 1395, welche durch die Minoriten-Provinziale von Oberdeutsch-

allen Pfarrgeistlichen ernstlich, « quatenus ab hujusmodi impedimentis dictorum fratrum in praejudicium et irreverentiam auctoritatis sedis apostolicae factis et per vos seu aliquem vestrum ut praemittitur attemptatis penitus desistentes ipsos clavibus in vestri ac totius ecclesiae adjutorium concessis eisdem et doctrina salutari verbi dei juxta tenorem privilegiorum suorum, super quibus conservandis sumus auctoritate apostolica deputati, uti libere permittatis, subditis quoque vestris eis confessis et ab eis absolutis sacramenta ecclesiastica nullatenus denegetis; retractantes etiam si qua per vos ut praemittitur contra ipsorum privilegia sunt populo praedicata: non obstante statuto « Omnis utriusque sexus » edito in concilio generali, cum juxta declarationem sanctissimi patris et domini Johannis praefati illi, qui dictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata iterum confiteri, quam si alias ea confessi fuissent coram proprio sacerdote iuxta dictum concilium generale » (1).

Eine gewisse Regelung bezüglich der Ausübung der den Mendikantenorden erteilten Privilegien zu predigen und Beichte zu hören war übrigens schon durch die Klementine « Dudum de sepulchris » dadurch geschaffen, dass von den Ordensobern ihre hiezu tauglichen Untergebenen dem Diözesanbischof präsentiert und von diesem approbiert

land, Köln, Sachsen und Österreich veranlasst war und welcher die Konstitution « Vas electionis » inseriert ist, findet sich unter den Registerbänden des vatic. Archivs in Later. t. 35 f. 99.

(1) Orig. Perg. im Minoriten-Archiv zu Würzburg. Dass es dem Bischof Gerhard mit dieser Mahnung Ernst war, beweist die wenige Tage vorher (25. April 1331) erfolgte Citation des Pfarrers von Heilbronn a. N. und seines Helfers Johann von Tetwang, womit er den Pfarrer von Weinsberg betraute. Orig. Perg. ebendasselbst.

werden mussten. Dies hoben z. B. auch die Bischöfe Johann I. und III. von Würzburg in den an ihre Diözesangeistlichkeit gerichteten Erlassen vom 3. Juni 1401 und 11. Sept. 1455, worin sie dieselbe ermahnten, diese Privilegien zu respektieren, ausdrücklich hervor. In ersterem Erlasse verkündet Bischof Johann I. « universis et singulis abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, scholasticis, cantoribus, custodibus, archidiaconis, cathedralis et collegiatarum canonicis, parochialium ecclesiarum ac capellarum rectoribus per et infra civitatem et dioecesim nostram Herbigolensem ubilibet constitutis, quod, quum fratres ordinis fratrum Minorum, statutis apostolicis parere ut tenentur cupientes, fratres per eorum superiores ad officia praedicationis et confessionis electos, probatos et admissos in conventibus eorum in nostra dioecesi praefata constitutis humiliter nobis praesentarunt, nostrum favorem et consensum prout apostolica clamat constitutio discrete postulantes, nos dictos fratres ab eorum provinciali sic electos et admissos nobisque per fratrem Joannem de Marbach custodem praesentatos acceptamus et adprobamus et de gratia sedis apostolicae, cuius privilegiis confessiones audiendi, poenitentes absolvendi, poenitentias salutare injungendi ac sermones in clero et in populo faciendi dotati dinoscuntur, nostroque beneplacito et assensu auctoritatem plenam et liberam habere in officiis memoratis praesentibus intimamus. » Der Bischof verbindet damit die nachdrückliche Mahnung an die Adressaten, « ne memoratos fratres manifeste vel occulte contra indulta ipsis privilegia a sede apostolica ac contra nostrum favorem, gratiam et consensum gratiosius quo potuimus ipsis impartita impedire vel molestare contra deum et iustitiam in tam salutaribus officiis praesumatis, quinimmo ipsos apud vestros subditos in suis petitionibus

et aliis piis operibus pro vestro posse efficaciter promoteatis; et cum ad vos et ad ecclesias vestras tamquam nobis dilectiores et familiariores gratia verbum dei seminandi, missas pro salute vivorum ac defunctorum celebrandi et fructum in populo faciendi declinaverint, tanto benevolentius recipientes admittatis, quanto completius, quod a vobis fortassis praetermittitur, per eorum studiosum exercitium in grege vestro reformetur. Concedimus nihilominus de gratia speciali, ut fratres ipsi alterius dioecesis, quorum termini infra fines nostrae dioecesis praedictae sive in toto sive in parte contineri dinoscuntur, necnon fratres de aliis dioecesibus per nostram dioecesim gratia visitationis amicorum transeuntes vel a superioribus suis missi in ipsa nostra dioecesi et ex aliis rationabilibus motivis sive causis moram facientes uti valeant gratia supradicta. Ceterum praedictis fratribus Minoribus partem etiam nostri oneris imponentes volumus, quod magistrae, priorissae et sorores conventuales nostrae civitatis et dioecesis de regula tertia beati Francisci ipsis a praedecessoribus nostris et a nobis dudum commissae in eodem statu et habitu, in eisdem quoque consuetudinibus bonis et laudabilibus, in quibus perstiterunt hactenus proficientes ipsorum fratrum monitis salutaribus et exemplis, sub saepedictorum fratrum Minorum cura remaneant in posterum et perseverent, quamdiu per nostras patentes litteras dicta nostra commissio non fuerit revocata, salvo tamen iure ecclesiae parochialis et alterius cujuscunque (1). Insuper omnibus fratribus Minoribus in nostra dioecesi proponentibus verbum dei, quibus officium praedicationis ut praemittitur injunctum est vel

---

(1) Vgl. meine Gesch. der oberd. Min. Prov. S. 11, Anm. 116.

in posterum injungetur, ut in suis praedicationibus, ad quas per signum campanae populus solemniter convocatur, nostra auctoritate possint dare vere poenitentibus et confessis quadraginta dies indulgentiarum de injuncta eis poenitentia, plenam tenore praesentium concedimus potestatem (1). Postremo volumus et mandamus universis vobis et singulis praecipientes, quatenus alter vestrum altero non expectato omnia praemissa per ordinem publicetis subditis vestris in cancellis, quandocumque et quotienscumque per dictos fratres fueritis requisiti, si qua etiam contra auctoritatem fratribus ipsis circa praemissa concessam minus caute publicastis, publice retractando ». — In ähnlicher Weise verkündet Bischof Johann III. von Würzburg « universis et singulis capitulorum ruralium decanis necnon quibuscumque ecclesiarum parrochialium rectoribus, plebanis, viceplebanis ac loca tenentibus eorundem per nostras civitatem et dioecesin Herbipol. ubilibet constitutis » Folgendes: « Religiosorum in Christo fratrum Minorum, quorum vitam sanctam apostolica sedes longis retroactis temporibus approbavit multisque gratiis praedotavit, prout tam in jure quam in ipsorum privilegiis clarius invenitur, in nostris praesertim civitate et dioecesi praedictis increvit devotio, ut ipsos speciali favore jugiter prosequamur ac in gratiis et privilegiis hujusmodi brachiis amplexemur pristinae pietatis. Cum igitur dilectus nobis in domino frater Johannes sacrae theologiae professor dicti ordinis Minorum per superiorem Alemaniam provincialis minister juxta dispositionem Clementinarum « Dudum de sepulturis » nobis fratres suos ad hoc idoneos per dictas nostras civitatem et dioecesim commorantes videlicet lectores, guardianos, con-

(1) Vgl. ebenda S. 26, Anm. 192-200.

ventuum vicarios et terminarios praesentaverit humiliterque supplicaverit, quatenus illos pro dei gloria, animarum salute ac populi christiani devotione in confessionibus audiendis, poenitentiis salutaribus injungendis, proponendo verbum Dei, in missis dicendis et eleemosynis petendis ubilibet in oppidis, castris, villis et villegiis de benignitate nostra pro praesentatis habere et admittere dignaremur: Nos itaque dictam supplicationem tanquam in jure communi fundatam, rationi consonam ac saluti fidelium plurimum fructuosam benevolo animo admittentes vobis omnibus et singulis supradictis cuilibet vestrum in solidum districte praecipientes in virtute sanctae obedientiae injungimus et mandamus, quatenus ipsos fratres, ut praemittitur, cum sub terminis suis consuetis ad vos aut ad alicuius vestrum ecclesiam advenerint, ipsos et unumquemque ipsorum per provincialem suum pro tempore deputatum in eleemosynis colligendis, praedicationibus faciendis et (si lector vel guardianus fuerit et ultra hos unus dumtaxat, quem guardianus, cuius conscientiam in his oneramus, deputaverit) in confessionibus audiendis et poenitentiis salutaribus injungendis libere admittatis, causis tamen de jure, statuto vel consuetudine specialiter nobis reservatis semper per expressum exceptis, eosque in factis et necessitatibus eorum, quantum potestis, promoveatis ac promovere studeatis caritativis affectibus ipsos in omnibus pertractantes, proemium provide salutare ab omnium bonorum largitore et suffragia orationum ac sanctarum precum ab ipsis fidelibus recepturi » (1).

P. KONRAD EUBEL *Ord. Min. Conv.*

(1) Folgt ebenfalls Verleihung 40 tägigen Ablasses « omnibus vere poenitentibus, contritis et confessis, qui manus adjutrices ipsis porrexerint ». Die beiden Orig. Urk. im Minor. Archiv zu Würzburg.